



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

82 Clerici privilegium fori habent à Deo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

in aul. casu. num. 20. eod. tit. de sac. sanct. Eccles. & ibi Bar. num. 3. & 5. Bos. de princip. & privileg. num. 220. Silvestr. in ver. immunitas §. 2. num. 1. Lap. alleg. 92. numer. 1. & seq. Navar. in cap. 27. numer. 119. vers. quinta quod. S. Ant. in 3. par. tit. 25. cap. 17. Card. Tol. post alios in lib. 1. instrukt. sacerdot. cap. 17. vers. libertas autem, sub num. 12. & Sayr. dict. cap. 15. num. 9. vers. sic etiam.

82 † Clerici autem, ut superius dictum fuit, privilegium fori habent à Deo, ut cap. 86 si Imperator. 96. dist. & Innoc. in cap. 2. num. 1. de major. & obed. Statuta igitur, quæ cadunt in derogationem dictorum privilegiorum contra libertatem ecclesiasticam esse dicuntur, idque locum habet: etiam si indirectè sint contra dicta privilegia, cap. quanto, & ibi Abb. num. 2. de privileg. cap. fin. de immun. eccles. in 6. & Tolet. loco proxime citato,

83 Statutum ad hoc, ut sit † contra libertatem ecclesiæ, non requiritur, ut sit contra omnes ecclesias mundi, sed sufficit, quod tendat in præjudicium particularis ecclesiæ, circa id, quod competit omnibus, quemadmodum lædere Episcopum est facere contra libertatem ecclesiæ, licet non lædat omnes, cap. significasti, de elect. cap. olim, de injur. Lap. alleg. 92. num. 6. & Tol. eod. cap. 37. vers. adverte etiam: & quæ dicuntur de statuto

84 † procedunt, & habent etiam locum in ordinationibus, constitutionibus, seu quibusvis decretis, ut in Bull. Cæna Domini, num. 15. & Sayr. in Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 19. tom. 1.

Decimosexto † in eadem excommunicationis sententiam incurrunt impediens Archiepiscopos, Episcopos, & alios Præ-

latos, & Ecclesiasticos iudices ordinarios, ne jurisdictione sua contra quoscunque utantur, & recurrentes ad curias seculares, vel aliàs elidentes, sententias iudicum ecclesiasticorum, tam ordinariorum, quam delegatorum procurantesque à curiis secularibus prohibitiones, aut mandata etiam pœnalia contra sententias Ordinariorum aut delegatorum, decernentesque hujusmodi mandata, aut prohibitiones, & ea exequentes.

Ac † præterea dantes auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in prædictis. ut per eadem Bull. Cæn. Domini, n. 6. Sayr. eod. lib. 3. cap. 20. & Concil. Trident. sacros canones, concilia generalia, aliasque Apostolicas sanctiones in favorem ecclesiasticarum personarum, & libertatis ecclesiasticæ, ac contra violatores editas innovavit, & ab omnibus exactè observari mandavit, ut in eod. cap. 20. §. decernit itaque, de reform. sess. 25.

Absolutionem † autem, vel revocationem sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vi, aut metu consequentes, absolutio est ipso jure nulla & novam excommunicationem incurrunt, ut cap. ult. de his quæ vi. met. vet. caus. in 6. Navar. in cap. 27. num. 125. & Sayr. in Thes. cas. consc. eod. lib. 3. cap. 34. num. 11. & 12.

88 Si verò † aliquis ecclesiasticus ad tribunal seculare contra secularem recurreret, tunc reo illam coram eodem tribunali reconvenire, & jura sua tueri liceret, argum. cap. prudentiam, de mut. peti. & Sayr. eod. cap. 20. numer. 4. vers. secundum est, & hoc casu procedere possunt deducta per Covar. in libr. practic. quest. cap. 35. per totum.